[Vinzenz Staufer]: Catalogus codicum manu scriptorum, qui in bibliotheca monasterii Mellicensis O.S.B. servantur I

Melk, 1889 Seite 158

Quelle:
Copyright:

-318-
85. [B. 52.]

Codex chart. saec. XV ineuntis. Fol. 1—~~205~~ 208 non signat. Codex una manu currente calamo et lineis longis conscriptus est. In Folio.

S. Bonaventurae compendium veritatis theologicae. Primis sex foliis exstat index seu registrum septem librorum hujus operis. (Rubr.) Prologus Incip.: *Veritatis theologice sublimitas deliciarum.* Explic.: *Laudetur gratia Jesu Christi, ad cujus honorem ac beatissime matris ejus primus etiam opusculum compilavi.* Opus incip.: (rubr.) *Quod Deus est. Deum esse, multis modis conditur. Hoc enim fides recta testatur, scriptura sancta loquitur.* Explic.: *Que tamen felici fine quisque beatus secundum merita recipiet sine fine. Amen. Deo gratias.* In fine: *Explicit compendium veritatis theologice sacrosancte.*

Edit. Lugd. VII, 687.

-123-
86. [B. 53.]

Codex chart. saec. XV. Fol. 1—276 recenti manu signat. Codex una manu lineis longis scriptus est. In Folio.

1. f. 1—276.b Joannes Scotus in secundum librum Sententiarum. Incip.: *Circa secundum librum, in quo, ut dictum est, in lectione tractat magister de Deo, quantum ad causalitatem ejus primariam.* Explic.: *Ita est a Deo, quoniam ex ipso et cum ipso et per ipsum sunt omnia.* In fine: *Explicit secundus ordinarii super librum secundum sententiarum, editus a venerabili doctore et magistro sacre theologio frater Joanne Scoto, de ordine fratrum minorum, finitus in vigilia. Esto mihi anno domini 1433, pro quo sit benedictus Deus in secula seculorum. Amen. Sequitur tabula quae folio 276b explicit.* In fine: *Et sic est finis hujus tabule libri secundi ejusdem.*

Denis l. c. vol. II, p. II, 1174.